

1. Jedno bez jsoucnosti

a) Negativní theologie

49,9-39: Ante omnia quae vere sunt, unum fuit, sive unalitas, sive ipsum unum, antequam sit ei esse, unum. Illud enim unum oportet dicere et intellegere quod nullam imaginationem alteritatis habet, unum solum, unum simplex, unum per concessionem, unum ante omnem existentiam, ante omnem existentialitatem et maxime ante omnia inferiora, ante ipsum ōv; hoc enim unum ante ōv; ante omnem igitur essentitatem, substantiam, subsistentiam et adhuc omnia quae potentiora; unum sine exsistentia, sine substantia, sine intellegentia – supra enim haec – immensum, invisibile, indiscernibile universaliter omni alteri et his quae in ipso et his quae post ipsum, etiam quae ex ipso... inpartile undique, sine figura, sine qualitate neque inqualitate, sine qualitate, quale, sine colore, sine specie, sine forma, omnibus formis carens, neque quod sit ipsa forma qua formantur omnia... ipsa motione celebrior, ipso statu stabilior – motione enim ineloquibili status est, statu autem ineffabili superrelativa motio est – continuatione omni densior, distantia universa altior, definitior universo corpore et maius omni magnitudine, omni incorporali purius, omni intellegentia et corpore penetrabilius,... omni genere, omni specie magis totum,... omni toto maius, corporali et incorporali, omne parte magis pars... .

Přede vším, co vpravdě jest, bylo Jedno či Monáda či Jedno samo, Jedno, dříve než mu náleželo bytí. Jako Jedno totiž musíme nazývat a chápat to, co nevykazuje žádnou známku různosti, Jedno jediné, Jedno jednoduché, přičemž i jméno Jedno je ústupkem <naší potřebě jména>, Jedno před veškerou existencí, před veškerou existencialitou a zejména přede vším, co stojí níže, před samotným jsoucнем; neboť je to Jedno, které předchází jsoucnu; Jedno tedy předchází veškeré jsoucnosti, substanci, subsistenci a všemu, co je ještě mocnější; je to Jedno bez existence, bez substance, bez myšlení – neboť je převyšuje – nezměrné, neviditelné, naprosto nerozlišitelné pro vše ostatní: jak pro vše, co je v něm, tak pro vše, co následuje po něm, i pro to, co je z něj zcela nedělitelné, bez podoby, bez kvality, aniž by však bylo jeho kvalitou, že je prosté kvality a že je bez kvality; Jedno bez barvy, bez vidu, bez tvaru, postrádající každého tvaru, není ani forma sama, která dává všemu tvar... je pohyblivější než sám pohyb, klidnější než sám klid – neboť je klidem skrze nevýslovný pohyb a nade vše vyvýšeným pohybem skrze nevýslovný klid – je hustší než veškeré kontinuum, vzdálenější než veškerá distance, vymezenější než každé těleso, větší než veškerá velikost, čistší než vše netělesné, prostupnější než veškeré myšlení i těleso... obecnější než veškerý druh a rod,... obecnější než vše obecné – tělesné i netělesné –, jednotlivější než vše jednotlivé...

b) Afirmativní theologie

50,1-21: Hic est deus, hic pater, praeintellegentia praeexistens et praeexistentia beatitudinem suam et immobili motione semet ipsum custodiens, et propter istud, non indigens aliorum, perfectus super perfectos, tripotens in unalitate spiritus, perfectus et supra spiritum: non enim spirat, sed tantum spiritus est in eo quod est ei esse, spiritus spirans in semet ipsum ut sit spiritus, quoniam est spiritus inseparabilis a semet ipso, ipse sibi et locus et habitator, in semet ipso manens, solus in solo, ubique existens et nusquam, simplicitate unus qui sit, tres potentias couniens, existentiam omnem, vitam omnem et beatitudinem, sed ista omnia et unum et simplex unum et maxime in potentia eius quod est esse, hoc est existentiae, potentia vitae et beatitudinis: quo enim est et existit, potentia quae sit existentiae, hoc potentia est et vitae et beatitudinis, ipsa per semet ipsam et idea et λόγος sui ipsius, et vivere et agere habens secundum ipsam suimet ipsius inexistentem existentiam, indiscernibilis spiritus counitio, divinitas, substantialitas, beatitudo, intellegentialitas, vitalitas, optimitas et universaliter omnimodis omnia, pure ingenitum, ποῦόν, unalitas counitionis nulla counitione.

Toto je bůh, toto je Otec, preexistující myšlení, které předchází myšlení, a preexistence, která uchovává samu sebe a svou blaženost, a proto je dokonalý nad dokonalými, aniž by potřeboval cokoli jiného, duch trojmocný ve své jednotě, dokonalý a nad duchem: nevydává totiž žádný dech, a přece je duchem ve svém bytí, duch vdechující svůj dech do sebe samého, aby byl duchem, protože je duchem neoddělitelným od sebe samého, sám sobě místem i jeho obyvatelem, setrvávající v sobě samém, jediný v jediném, existující všude a nikde, ten, který je jeden svou jednoduchostí, a přece v sobě sjednocuje tři mohutnosti, univerzální existenci, univerzální život a blaženost, ale tyto všechny jsou Jedno a jednoduché Jedno a mohutnost života a blaženosti jsou obsaženy v převládající mohutnosti bytí, tj. existence: neboť tím, že mohutnost, která je mohutností existence, je a existuje, je zároveň mohutností života a blaženosti, sama skrze sebe samu ideou i logem sebe samé, a své žití a konání má ve své existenci prosté existence, nerozlišitelné sjednocení ducha se sebou samým, božství, substancialita, blaženost, mohutnost myšlení, života a nejvyšší dobroty, je absolutně vším univerzálním způsobem, čistě nezrozené, před-jsoucí, jednota veškerého sjednocení, která sama nevzniká sjednocením.

2. Jsoucí Jedno

Zrození druhého Jedna

50,22-26: Isto igitur uno existente, unum proexsiluit, unum unum, in substantia unum, in motu unum, et motus enim existentia, quoniam et existentia motus. Istud igitur unum, existentialiter unum, sed non ut pater inexistentialiter unum qui est secundum potentiam existentialiter unum.

Zatímco tedy existovalo toto Jedno, vyskočilo ven <jiné> Jedno, Jedno Jedno, Jedno v substanti, Jedno v pohybu, i pohyb je totiž existencí, protože i existence je pohybem. Toto Jedno je tedy existující Jedno a nikoli jako Otec Jedno bez existence, které je v potenci existující Jedno.

a) Život

Druhé Jedno je život, Logos a pohyb

51,1-6: Sed unum istud quod esse dicimus unum unum, vita est, quae sit motio infinita, effectrix aliorum, vel eorum quae vere sunt, vel eorum quae sunt, existens λόγος ad id quod est esse quae sunt omnia, a se semet movens, semper in motu, in semet ipsa habens motum, magis autem ipsa motus est.

Ale toto Jedno, o kterém říkáme, že je Jedno Jedno, je život, který je nekonečným pohybem, tvůrce <všeho> jiného, ať už toho, co pravdě jest, či toho, co jest, je Logos bytí všeho, co jest, pohybuje se sám ze sebe, je vždy v pohybu, má pohyb v sobě samém, spíše však je sám pohybem.

Vyjítí života je vyvoláno touhou oživovat

51,10-22: potentia enim progrediente, et veluti immobili praeexistentia et non mota iuxta quod potentia fuit, ista motio nusquam requiescens et a semet ipsa exurgens et in omnigenus motus festinans, quippe vita quae sit infinita, et ipsa, in vivificatione veluti foris apparuit. Necessario igitur vita nata est. Vita autem filius, vita motio, a vitali praeexistentia, vita existens, in constitutione et apparentia omnium totorum, quae iuxta potentiam pater est, ut ab eorum quae vere sunt intellegentia, praeintellegentia appareret. Ista igitur existens totius existentiae, est vita, et iuxta quod vita motus, quasi femineam sortita est potentiam, hoc quod concupivit vivificare.

Když totiž tento pohyb vyšel z potence a jakoby nehybné preexistence, která nebyla v pohybu, nakolik byla potenci, přičemž nikde nenalezl klidu a opět povstal ze sebe samého a spěchal, aby tvořil pohyb všeho druhu, neboť je nekonečným životem, tak se při svém oživujícím působení jakýmsi způsobem objevil vně. Život byl tedy

zrozen nutně. Život je však Syn, život je pohyb, život je existence, která vychází ze živoucí preexistence, když je konstituováno a stává se zjevným vše univerzální, čím je Otec v potenci, aby se z myšlení toho, co vpravdě jest, stalo zjevným myšlení, které předchází myšlení. Tato existence vší existence je tedy život, a nakolik je život pohybem, přijal jakoby ženskou potenci, protože toužil oživovat.

Život je zároveň pohybem Otce a svým vlastním pohybem

52,28-31: Si... movit vita semet ipsam, motio autem voluntas, patrica ergo motio et patrica voluntas, quoniam patrica potentia vita. Sed si, secundum quod est esse, vita motio est, propria ergo motio vitae est.

Jestliže... život uvedl sám sebe do pohybu a jestliže pohyb je vůlí, pak tento pohyb a vůle byly pohybem a vůlí Otce, protože život je mohutností Otce. Je-li však život co do svého vlastního bytí pohybem, má život svůj vlastní pohyb.

Pohyb je zároveň uvnitř i vně

52,32-50: Sed quoniam motio aliunde ad aliud fertur, veluti ab eo quod est intus, foras, quod vitae et potentia est et natura et voluntas, et maxime istud existentia ipsius, ideo effulgentia dicitur esse vel progressio aut elevati spiritus manifestatio, operatrix in vivefaciendum id quod omne totum est essentitatis. Intus igitur existentis vitae, iuxta quod est motionem esse ipsam vitam, proles eius quod est patrem esse, vita est, secundum quod motio est. Sed quoniam motio, iuxta quod motio est, nullam elationem habens ab eo quod est intus, progressa foris est..., sic vita, iuxta quod motio est, filius est factus, manifesta motio a motione patrica, quae in occulto est, quae secundum primam potentiam existentia est. Rurusus vita, secundum quod motio est procedens a patrica motione, et intus et foris est. Sed enim vita motio est. Vita igitur et intus et foris est. Vivit igitur deus, vivit ipsa vita. Vita ergo et deus et vita.

Protože je ale pohyb unášen od jednoho k druhému, pohybuje se mohutnost, přirozenost a vůle života jakoby od toho, co je uvnitř, ven, a především v tom spočívá jeho vlastní existence. Z tohoto důvodu se říká, že je zábleskem, vyjitím či zjevením nade vše vyvýšeného ducha, tvůrce oživující celé jsoucí universum. Z tohoto života, který je uvnitř – nakolik být životem znamená být pohybem – pochází život, potomek Otcova bytí, nakolik je pohybem. Protože však pohyb, nakolik je pohybem, vyšel ven, aniž by se jakkoli vzdálil od toho, co je uvnitř..., tak i život, nakolik je pohybem, se stal Synem, zjevným pohybem pocházejícím z otcovského pohybu, který je skrytý a který je co do své primární mohutnosti existencí. Život opět, nakolik je pohybem vycházejícím z otcovského pohybu, je zároveň uvnitř i vně. Život je totiž pohyb. Život je tudíž uvnitř i vně. Bůh tedy žije, i život sám žije. Bůh je tedy život, stejně jako život <sám>.

Syn (život) jakožto forma Otce (bytí): Vnitrotrojiční sebezjevení Otce v Synu

53,8-26: Propter hoc enim dictum est, quoniam filius forma est patris. Non autem nunc forma foris extra substantiam intellegitur, neque ut in nobis adiacens substantiae facies, sed substantia quaedam subsistens, in qua apparet et demonstratur, quod occultatum et velatum est in alio. Deus autem ut velatum quiddam est. Nemo enim videt deum. Forma igitur filius in qua videtur deus. Si enim exsistentia deus, potentia, substantia, motus et vita in occulto, deus velut sine forma. Ergo si manifesta vita et manifesta iuxta motus potentiam, vita iuxta motum in occulto, in apparentia, in existente motione intellegitur, pronuntiatur, videtur. Adhuc si, quod est esse, pater, quod autem vita, filius, cum sit impossibile id quod est esse, comprehendere – in occulto enim illud esse – vita autem, iuxta quod vita est, iam et illud est esse, in vita igitur apparet, quod est esse. Forma igitur vita, eius quod est esse. Sed enim pater deus, quod est esse, filius autem vita. Filius ergo, vita patris, dei forma est, in qua speculatur potentia patrica.

Proto totiž bylo řečeno, že Syn je formou Otce. Forma však zde není pochopena jako vnější forma, která se nachází vně substance, ani jako forma utvářející nás, tj. tvářnost, která přistupuje k substanci, ale tato forma je jakousi subsistující substancí, v níž se vyjevuje a ukazuje to, co je v jiném skryté a zahalené. Bůh však jakoby byl něco zahaleného. Nikdo totiž nevidí Boha. Syn je tedy forma, v níž je viděn Bůh. Je-li totiž Bůh existencí, potencí, substancí a životem ve skrytosti, je Bůh tak říkajíc bez formy. Jestliže tudíž existuje zjevný život a tento život je zjevný jakožto mohutnost pohybu, život jakožto pohyb ve skrytosti je poznáván, ohlašován a viděn ve zjevnosti, ve skutečném pohybu. Kromě toho, je-li Otec bytí a Syn život, pak se bytí vyjevuje v životě, protože bytí není možné uchopit – toto bytí totiž zůstává ve skrytosti – a protože život, nakolik je životem, je také tímto bytím. Život je tedy formou bytí. Ale bytí je Bůh Otec, zatímco Syn je životem. Z toho plyne, že Syn, život Otce, je Boží forma, v níž je nahlížena mohutnost Otce.

b) Myšlení

Dvojjedinost pohybu: sestup a výstup, androgynie Logu

51,22-38: Sed quoniam... ista motio, una cum sit, et vita est et sapientia, vita conversa in sapientiam et magis in exsistentiam patricam, magis autem retro motae motionis, in patricam potentiam, et ab ipso virificata, vita, recurrens in patrem, vir effecta est. Descensio enim vita, ascensio sapientia. Spiritus autem et ista, spiritus igitur utraque, in uno duo... in prima enim motione, primam dico in apparentiam venientem, veluti defecit a potentia patris et, in cupiditate insita ad vivefaciendum, intus quidem existens vita, motione autem foris existens, in semet ipsam recurrit, rursus in semet ipsam conversa, venit in suam patricam exsistentiam, vir effecta est, perfecta in

omnipotentem virtutem, effectus est perfectus spiritus, nutu in superiora converso, hoc est intro.

Ale protože tento pohyb, jakkoli je jedním pohybem, je zároveň životem i moudrostí, nabytí života při svém návratu k Otci mužské přirozenosti tím, že se změnil v moudrost či lépe řečeno: tím, že se obrátil k Otcově existenci, či ještě lépe: tím, že svým zpětným pohybem vplynul zpět do Otcovy mohutnosti a Otec jej obdařil mužskou přirozeností. Život je totiž sestup a moudrost je výstup. Moudrost je ale zároveň Duch; oba momenty jsou tedy také Duchem, jakožto dva v jednom... neboť v prvním pohybu – prvním pohybem míním pohyb vcházející do zjevnosti – se život nejprve jakoby oddělil od Otcovy mohutnosti a veden svou přirozenou touhou oživit vystoupil svým vlastním pohybem navenek, aniž by však přestal být uvnitř. Tento pohyb života se vzápětí obrátil sám k sobě a v tomto stavu obrácení k sobě vešel do existence, kterou má u Otce, a nabytí tak mužské přirozenosti. Když život takto dosáhl vrcholu své všemohoucí moci, stal se dokonalým Duchem tím, že svůj původní sklon obrátil vzhůru, tj. dovnitř.

Život je završen a vymezen myšlením: vykoupený vykupitel

56,28-35: Si igitur aeterna vita filius, elucescentia est praeaeeternae vitae, ipsa autem vita cognoscentia, perfecta et aeterna vita – tunc enim perfecta, cum cognoverit et quae et cuius sit, quoniam a semet ipsa, sed iussione patris, tunc enim in semet existens, non fit infinita, salvans et salvata a semet ipsa – necesse est intellegere et dicere quod potentia dei in ipsa est, hoc est pater in filio.

Je-li tedy Syn, věčný život, vyzařováním života, předcházejícího věčnosti, a je-li život sám dokonalý a věčný díky poznání – neboť je dokonalý jen tehdy, jestliže poznal, kdo je a od koho pochází, protože sice má svůj původ v sobě samém, ale na pokyn Otce; tehdy se totiž opět nachází v sobě samém a není už nekonečný, ale je současně spasitelem i sám sebou spasen –, je třeba chápat a je třeba říci, že Boží mohutnost je v něm, tj. že Otec je v Synu.

Zrození života je vyvoláno touhou po sebepoznání: božská substance je sebepoznávající Duch

57,7-21: Sanctus... spiritus, omnis beatitudo, in prima ingenita generatione, quae sola generatio est et dicitur, ipse pater, ipse filius fuit. Spiritu enim moto a semet ipso, hoc est vitae perfectae in motione existentis, volentis videre semet ipsam, hoc est potentiam suam, patrem scilicet, facta est ipsa manifestatio sui, quae generatio est et dicitur, et iuxta hoc foris existens. Omnis enim cognoscentia, secundum quod cognoscentia est, foris est ab illo quod cupit cognoscere. Foris autem dico, sicut in inspectione, secundum quod est videre semet ipsam, quod est scire vel videre

potentiam illam praeexistentem et patricam. In isto igitur sine intellectu temporis tempore, ab eo quod erat esse veluti egrediens, in inspiciendum ipsum quod erat, quoniam ibi omnis motus substantia est, alteritas nata cito in identitatem revenit... Nulla igitur deminutione, totum semper unum mansit, maxime potentificata cōnitione potentia patrica. Sanctus igitur spiritus, motus primus intus, quae sit excogitatio patrica, hoc est sui ipsius cognoscentia. Praecognoscentiam enim cognoscentia praecedit. Iuxta istum ergo cognoscentiae modum naturalem, foris effectam intellegentiam, natus est filius, vita factus, non quo non fuerit vita, sed quoniam foris vita, magis vita; in motu enim vita.

Duch...svatý, veškerá blaženost, byl v prvním nezrozeném zrození, které je a nazývá se jediným zrozením, sám Otcem a Synem. Neboť sebezjevení Ducha, které je a nazývá se zrozením, se uskutečnilo tím, že Duch uvedl sám sebe do pohybu, či jinak řečeno: tím, že se dokonalý život uvedl v pohyb, protože chtěl vidět sám sebe, tj. svoji mohutnost, totiž Otce. Veškeré poznání, nakolik je poznáním, je totiž vně toho, co touží poznat. Toto „vně“ však míním jako při pohledu, nakolik <poznání> může vidět samo sebe, tj. znát či vidět onu preexistující mohutnost Otce. V témže okamžiku – tento výraz nesmíme chápat ve smyslu časovém – , v němž <poznání> jakoby vystoupilo z bytí, kterým samo bylo, aby vidělo to, čím bylo, se různost, která sotva povstala, rychle znovu navrátila k totožnosti, protože tam je veškerý pohyb substancí... Tento celek si tedy vždy uchoval svoji jednotu bez jakéhokoli umenšení, protože jeho sjednocení bylo v nejvyšší míře umocněno Otcovou mocí. Duch svatý je tudíž prvním vnitřním pohybem, který je Otcovým myšlením, tj. jeho sebezpoznáním. Neboť poznání před poznáním předchází poznání. Tímto přirozeným způsobem poznání tedy myšlení vystoupilo ven, byl zrozen Syn, stal se životem. Ne že by předtím nebyl život, ale život, který je vně, je životem ve vyšší míře; život je totiž v pohybu.

Vzájemná implikace a totožnost substance

59,1-8: Habemus ergo... et patrem et filium ὁμοούσιον et ὁμοούσια secundum identitatem in substantia. Una enim substantia spiritus. Is ipsum esse est. Ipsum esse autem, et vita et intellegere est. Ista tria in singulis quibusque, et ideo una divinitas, et unum quod omne, unus deus, quia unum, pater, filius, sanctus spiritus, secundum potentiam et actionem solum apparente alteritate... .

Máme tedy za to..., že Otec a Syn jsou stejné podstaty a že jsou stejné podstaty, nakolik vykazují totožnost substance. Duch je totiž jedinou substancí. Tento Duch je samo bytí. Ale samo bytí je zároveň životem a myšlením. Tyto tři <mohutnosti> jsou v každé jednotlivé <mohutnosti> a existuje jedno božství, jeden celek, jeden Bůh, protože Otec, Syn a Duch svatý jsou jedno, zatímco různost se ukazuje pouze co do potence a aktu... .

Trojice jakožto „dvě Jedna“

z hlediska negativní theologie = mimo bytí – život – myšlení

1. Jedno {


(Otec) z hlediska afirmativní theologie = bytí (existence)

(Syn) život

2. Jedno {

(Duch) myšlení

Tři fáze sebekonstituce božské substance



Dominance a vzájemná implikace bytí, života a myšlení

pater = *esse* – *vita* – *intellegentia*

filius = *esse* – *vita* – *intellegentia*

spiritus s. = *esse* – *vita* – *intellegentia*